

QUAESTIO V.

De objecto cognitionis Angelicae.

Objectum cognitionis angelicae, quod hic assumimus ut praesentis quaestiones materia; est omne illud, quod potest Angelus cognoscere. Hoc autem, vel est spirituale de quo agit D. Th. 1. 2. q. 16. vel materiale, de quo q. 57. Angelus cognoscere seipsum per suam substantiam, & per eandem Deum; sicut alios Angelos, ac res materiales per species superadditas, non quidem a rebus acceptas, sed naturae angelicae ab initio congenitas, abunde quaestione precedente demonstravimus, ut ea hic repetere supervacuum esset. Solum ergo investigabimus, an unus Angelus alterum comprehendat; an cognoscat futura contingentia; & an etiam fecerit cordis alterius, & mysteria gratiae lumine sibi naturali scrutetur.

DUBIUM I.

An inferior Angelus comprehendat Superiorem.

S. I.

Sententia affirmativa proponitur.

Utopliciter dici posse aliquid comprehendi, & quid sit rigorose aliquid comprehendere, dictum est supra Tract. de Visione q. 5. dub. 1. s. 1. & 3. Quare ad ibi dicta Candidatum remitto.

I. Hic certum suppono contra Vazquez, superiores Angelos comprehendere vera comprehensione inferiores. Prob. Nam comprehendere objectum, est illud cognoscere, quantum ejus cognoscibilitas petit cognosci; sicut cognoscibilitas passiva non excedat vim cognoscendam a dolo, sufficit; & requiritur, ut tanta sit doli capacitas, quantum petit quantitas visionis; sed vis cognoscitiva superioris adest, immo excedit cognoscibilitatem Angelis inferioris, sicut illam excedit immaterialitatem, ergo illum &c. Controversia restringitur ad Angelum inferiorem respectu superioris; an hic ab illo naturaliter comprehendatur, vel comprehendit possit.

II. In hoc dissentit discipulus D. Th. affirmantibus quibusdam, aliis negantibus. Affirmant Bannes, Salmanticenses, Contenson, & alii. Negant Sylvius, Bancel. Utraque probabiliter in Schola D. Thomae sustineri potest, cum utraque probabilis est ejus doctrina astricta rationes.

III. Sententia affirmans adducit D. Thom. tum 2. Contra Genes. c. 98. dicentem: Intellectus Angeli habet virtutem comprehendendi omnes species, & differentias entis. Tum 1. p. q. 55. Potentia intellectiva in substantiis spiritualibus, id est Angelis naturaliter completa est per species intelligibiles connaturaliter... ad omnia intelligenda, quae naturaliter cognoscere possunt. Tum 1. p. q. 109. a. 3. ad 2. ubi docet, Angelum inferiorem de is tantum a superiore illuminari, quae ordinem naturalem excedunt; sicut enim est ergo D. Thomam velle, Angelum inferiorem cognoscere ob objectum sibi proportionatum omnia, quae in Angelo superiori continentur, sive formaliter sive virtualiter; & inde illum comprehendere.

IV. Ex his formatur prima ratio. Ut aliquid comprehensivum cognoscatur, sufficit, ut omnia cognoscantur, quae in eo, sive formaliter, sive virtualiter, aut eminenter continentur; haec enim ratione superioris ostendimus quod si intellectus creatus cognoscere omnia, quae in Deo tam formaliter, quam virtualiter sunt, Deum comprehendere; sed Angelus inferior cognoscit omnia, quae in Angelo superiori naturaliter, tam formaliter, quam virtualiter sunt; ergo &c. Min. probatur Tum quia omnia sunt objectum proportionatum virtuti intellectus cuiusvis Angeli. Tum quia Angeli inferiores comprehendunt species representativas superiorum sibi congenitas; ergo & comprehendunt ipsos Angelos superiores; cum enim species sit ipsum objectum in esse intelligibili, qui comprehendit speciem objecti, ipsam objectum comprehendit. Non enim datur species quiddam, quae non sit comprehensiva objecti; quia ratione si daretur species quiddam Dei in se, esset quoque comprehensiva; & qui eam comprehendere, comprehendere Deum.

V. Secunda ratio est. Ideo Angelus inferior superiorem naturaliter non comprehendere, quia esset inferioris intellectualitatis ad intelligibilitatem Angeli superioris, sed non obstat; ergo &c. Min. prob. Elio Angelus inferior sit inaequalis intellectualitatis in specie; est tamen aequalis eum eodem in gradu naturae intellectualis, & immaterialis complex: sed hoc sufficit, ut possit illum comprehendere. Sic enim visio beata quavis imperfectior gratia, haec tamen comprehendit. Et secundum plures scientia infusa anima Christi comprehendit lumen gloriae, & visionem beatam omnium hominum, & Angelorum, quavis in se sit imperfectior; quia in eodem ordine supernaturali convenit cum illis; ergo &c.

S. II.

Sententia negans.

VI. Ideo. Opinio negans, Angelum inferiorem propria & nativa virtute superiorem comprehendere, & videtur probabilior. Prob. primo, quia D. Th. 2. Cont. Genes. c. 98. ex quo substantia separata superiores, & inferiores sint in diversis gradibus constituta, concludit sic: Cognoscit igitur substantia separata inferior superiorem secundum modum substantiae cognoscens, non secundum modum substantiae cognita, sed inf...

riori modo. Ex quibus sic discitur. Ut Angelus inferior comprehendere superiorem, oporteret, quod modus cognoscens; adaequaret modo per cognoscit, seu quod tantum eum cognosceret; quantum petit cognosci; sed modus Angeli superioris cognoscit, nec illum tantum cognoscit, quantum petit cognosci; ergo &c. Min. prob. Angelus inferior est D. Thomae cognoscit superiorem secundum modum suae substantiae cognoscens, non secundum modum substantiae Angeli superioris cognoscit; sed modus Angeli inferioris cognoscens est inferior, nec adaequans modum substantiae Angeli superioris cognoscit, nec illum tantum cognoscit, quantum petit cognosci, quia petit cognosci cognitione adaequante, qualis est cognitio propria ipsius Angeli superioris; ergo &c. Et certe cognitio naturalis Angeli inferioris non potest excedere substantiam, cuius est cognitio. Si ergo ejus substantia inferior est in actualitate, nec adaequans substantiam Angeli superioris, quomodo cognitio Angeli inferioris eam adaequat?

VII. Dicunt: quod est Angelus inferior non adaequet superiorem in specie, illum tamen adaequat in gradu elevationis supra materiam, & immaterialitatis; cum enim in hoc omnes Angeli conveniant, sit est, ut invicem se comprehendant, quavis in modo eam habenda, sive in specie differant.

VIII. Contra est. Ut Angelus inferior comprehendat superiorem, oportet, ut ejus cognitio adaequet totam superioris intelligibilitatem; sed si sit illi inferior in immaterialitate, sicut est, non adaequat totam Angeli superioris intelligibilitatem; nam illa secundum speciem illam excedit, sicut illam excedit natura, cuius est proprietatis; immo illam excedit non solum in esse, ut dicitur hujus opinionis Patroni, sed etiam in esse intelligibili; intelligibilis enim, sicut & intellectualitas sequuntur actualitate naturae, & cum ea proportionantur; ergo si natura Angeli inferioris tantae actualitatis non est per accessum ad actum purum, quantae est natura superioris; nec tantae actualitatis, & intellectualitatis erit, ut eam intelligibilitatis, quantae illa.

IX. Confirmo. Illa intelligibilitas formalis Angeli superioris, qui dicitur adaequare cognitionem Angeli inferioris vel manifestat totam entitatem Angeli superioris, eamque adaequat; vel non? si non? si ergo neque est propria intelligibilitas Angeli superioris, neque sufficit ad ejus comprehensionem, quia eam non totam, sed ex parte solum manifestat. Si vero eam adaequat; ergo non erit aequalis, nec adaequabitur ab intellectualitate, & intelligibilitate Angeli inferioris; quia haec etiam comprehensive cognita, & adaequat, semper inferior est, nec potest totam intelligibilitatem superioris concludere: sicut nec vas minoris capacitatis comprehendere aquam adaequantem vas majorem capacitatis.

X. Secunda prob. Ut Angelus inferior comprehendere superiorem; debet etiam comprehendere species ejus intelligibiles sed Angelus inferior non comprehendit species intelligibiles Angeli superioris; ergo &c. Min. prob. Tum ex D. Th. q. 16. de Malo a. 3. dicitur: Species intelligibiles superioris intellectus sunt universalesiores; & ideo non possunt comprehendere per species intelligibiles inferioris intellectus; sed species intellectus Angeli superioris sunt universalesiores, quam species intellectus inferioris, ut probatum est, ergo &c. Deinde, si possit eis comprehendere Angelus inferior, vel id possit unica specie, & unico actu; & sic species Angeli superioris non essent universalesiores, sed aequae universales cum speciebus Angeli inferioris, contra superioris naturam; vel id possit pluribus speciebus, & actibus cognoscendo illa, quod a superiori unica specie, & actu representatur, & cognoscitur; sed hoc esset cognoscere totum Angelum superiorem sigillatim, & successive, non simul, & proinde non comprehendere, sicut nec vas diceretur comprehendere liquorum, si tantum successive, & per partes, & non simul posset totum continere.

Major vero probatur. Tum quia (ut multo ex Adversariis dicitur) species illae sunt proprietates radicaliter fluentes ab essentia Angeli superioris. Tum quia species illae sunt entia naturalia, Angelus autem, secundum Contrarios comprehendere debet omne ens naturale. Tum quia species illae, est non sint proprietates, sunt tamen Angelo connaturaliter debite; ergo si Angelus inferior comprehendere substantiam superioris, cum debet cognoscere etiam quicquid est naturaliter debitum, species quoque ejus comprehendere debet, nedum ut possibiles; sed ut de facto illi convenientes; sicut si comprehendatur Caelum, etiam motus ejus debet cognosci, licet ab extrinseco motore ei adveniat, quia ad ejus naturalem perfectionem pertinet; qui comprehendere potentiam materiam, etiam animam rationalem cognoscere debet, esse sibi infundatur ab extra; & qui comprehendere potentiam obedientialem, etiam supernaturalia dona, quorum est capax, cognoscere quantum habet agente supernaturali in ea sunt. Videatur Jo. a S. Th. q. 56. disp. 22. a. 1.

XI. An vero accedente illuminatione Angeli superioris possit inferior Angelus ipsum comprehendere; affirmat Jo. a S. Th. laudatus, imperfecta tamen comprehensione, & ex parte rei cognita, itat, stante tali illuminatione nihil Angeli superioris lateat inferiorem, non tamen perfecta: quia motus cognoscendi Angeli inferioris nunquam adaequat modo cognoscendi superioris. Docet enim D. Thom. 1. 2. p. q. 106. a. 4. quod superiores Angeli illuminant inferiores ita ut eadem res, quas cognoscunt superiores, & inferiores cognoscant, licet superiores eminentibus: Sicut unum, & eundem rem plerumque intelligit Magister, quam discipulus, qui ab eo auditur. Hec probabilia sunt.

S. III.

Respondetur rationibus pro sententia affirmativa Superiori adductis.

XII. Et si probabilem judicaverimus opinionem affirmantem, Angelum inferiorem comprehendere superiorem; tamen quia negativam probabiliorum judicavimus, ideo rationibus pro affirmativa adductis respondendum est.

Ad primum ergo testimonium D. Th. ex 2. Cont. Genes. c. 98. allatum dico primo. Nimis probatur, si exponatur de comprehensione rigorosa. Sequitur enim, Angelum comprehendere etiam supernaturalia, immo Deum ipsum, cum totum ens complectatur etiam supernaturalia, & Deum ipsum. Sequitur etiam, quod Angelus inferior comprehendat speciem Angeli superioris, nam ista ens est & quidem naturale; quod quidem D. Th. negat, nec Adversarij audent ferri. Unde.

XIII. Dico secundo, quod sicut ipsi verba D. Thomae restringunt ad solum ens naturale, nec etiam ad omne: ita nos restringere possumus ad solum ens naturale sibi inferius sicut secundum D. Th. q. 16. de Malo citatum per species inferiores non comprehenduntur species universaliores superioris intellectus.

Verior tamen responsio est, D. Thomam locis citatis comprehensionem non lumere pro cognitione adaequante, & circumferente rem cognitam, sed pro cognitione adaequante, & apprehensiva quiddam rem. Intantum enim S. Doctoris ibi est ostendere, Angelum, cum suo intellectu ambit totum ens, & omnes differentias entis comprehendere, id est complecti, & se se extendere etiam ad substantias materiales.

XIV. Ad secundum testimonium dico, S. Th. solum velle, Angelum inferiorem de rebus naturalibus non illuminari a superiori nunc, & per traditionem luminis; non vero a superiore illuminatum ab initio conditionis, & conformatione luminis. Oppositum enim docet 1. p. q. 106. a. 1. ad 2. ubi ait: Unus Angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturae, vel gratiae, vel gloriae; sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando eis veritatem de his, quae pertinent ad statum naturae, gratiae, & gloriae. Et in 2. dist. 9. q. 1. a. 7. ad 4. Si Angeli (inquit) haberent naturalia sanctorum, adhuc lumen unius excideret lumen alterius; & ita posset esse aliqua illuminatio, & perfectio, sed non completa.

XV. Ad primum rationem, de Angelum inferiorem cognoscere omnia, quae sunt in Superiori, sed juxta modum inferioris, & conformationem cum aliqua confusione, potentialitate, & inadaequatione ad Angelum superiorem; & proinde non veri comprehensionem, quae requirit adaequationem cognoscens ad modum rei cognita. Et si autem comprehendat speciem sibi congenitam, quam habet de Angelo superiori; adhuc tamen eum non comprehendit quia, ut docet D. Th. q. 16. de Malo supra citata per species intelligibiles inferioris intellectus, non possunt comprehendere species intellectus superioris, quia universalesiores, & modo elevatiori representantur. Neque esset simile de cognitione attingente omnia, quae in Deo sunt, sive formaliter, sive virtualiter, aut de specie representativa Dei in se; quia, ut probatum est in Tractatu de Visione Dei tam cognitio illa, quam species, si darentur, essent infinitae, sicut Deus; ideoque ei adaequantur, non solum ex parte rei cognita, & representata; sed etiam ex modo cognoscendi, & representandi; non enim fiat, cognitionem, & speciem esse simpliciter infinitas in genere representativo, & intelligibili, & esse in genere entitativo finitas, & creatas, benevolentem, & esse in genere entitativo finitas, & creatas, benevolentem, & eam quoad omnia attingere; & adhuc modo inferioris, & eam non adaequante.

XVI. Ad secundum dico, convenientiam in gradu, si sit inaequalitas in specie, non sufficere ad cognitionem adaequantam tam ex parte cogniti quam cognoscens, & proinde nec ad veram comprehensionem. Neque est simile de visione beata, & de scientia infusa anime Christi; nam haec, licet in sua specie inferiores sint formaliter, radicaliter tamen ratione gratiae habituales, in qua radicatur aequalitatem habent, nedum in ordine, sed in specie. Ad cognitio, & species Angeli inferioris, utpote proportionatae naturae ipsius, quae in specie inferiori est, inadaequat sunt Angelo superiori tam formaliter, quam radicaliter; ideoque nequeunt parere veram Angeli superioris comprehensionem. Ponderet illa aequus Lector, & cuicumque ex praefatis opinionibus sese addixerit, probabiliter in via D. Thomae loquetur.

DUBIUM II.

An Angelus naturaliter cognoscere possit futura contingentia, seu libera?

S. I.

Enunciorum varia genera.

Futura, teste D. Th. 1. 2. p. q. 57. a. 3. & 2. q. 8. de Peris. a. 12. & alibi, cognosci possunt, vel in se ipsis, & ut cognoscunt praesentia, vel in suis causis. Quia vero hoc modo unumquodque cognoscit in aliquo, quo in eo est, & alius factus, qui habent esse determinatum in suis causis, ut crastinus ortus Solis; ideo haec a cognoscere causam, ut determinata futura certo cognoscuntur. Et de his non est quaestio. Alia vero sunt, quae esto in suis causis non sint determinata, ut aliter evenire non possint, tamen eorum causa magis

se habeant ad unum quam ad alterum; unde licet non semper, plerumque tamen ex suis causis proveniant; & ista est pro certitudine cognosci non possunt, cognosci tamen possunt per conjecturam; sicut Medicus praecognoscit sanitatem infirmi; Et iste modus (inquit S. Thom. loco ex 1. p. citato) cognoscendi futura adest Angelis, & tanto magis quam nobis, quanto magis rerum causas, & universales, & perfectius cognoscunt: sicut Medici, qui acutius vident causas, melius de futuro statu aegritudinis prognosticantur.

II. Quidam autem effectus (loquitur S. Doct. Qu. 8. de Veris. a. 12. citato) futuri sunt, quorum causa indeterminata se habent ad utrumque; haec autem vocantur contingentia ad utrumlibet, ut sunt illa praecipue quae pendens ex libero arbitrio. Sed quia ex causa ad utrumlibet, cum sit quasi in potentia, non progreditur aliquis effectus, nisi per aliquam causam determinatam magis ad unum, quam ad aliud... Ideo hujusmodi effectus, in causis quidem ad utrumlibet nullo modo cognosci possunt per se acceptis, sed si adjuvantur causa illa, quae causa ad utrumlibet inclinans magis ad unum, quam ad aliud, potest aliqua certitudine conjecturaliter de effectibus praedictis haberi; sicut de his, quae ex libero arbitrio dependunt, aliqua futura certissima ex consuetudinibus, & complexionibus hominum. Subdit tamen S. Doct. quod hujusmodi effectus, qualescumque sint eorum causa proxima, tamen in causa prima omnes sunt determinati, quod sua praesentia omnia intuerentur. Et sua praesentia omnibus modum imponit. Hinc deducitur, quod Angeli sancti, qui divinam essentiam intuentur, in ea certo cognoscunt futura contingentia etiam libera plus, minusque, secundum quod plus, minus eis revelantur. Unde patet, cognitione supernaturali Angelos futura contingentia cognoscere potest sicut Christus media scientia supernaturali infusa, & prophetae sancti, & Prophetiae media revelatione, seu dono prophetiae futura futura novenerunt.

III. Loquendo autem de causis naturalibus, notat S. D. ibi, quod aliquis effectus dici potest contingens comparate ad unam causam tantum, qui tamen relate ad collectionem plurium necessarius est: Aliquid (inquit) est contingens respectu causae unius, quod respectu concursus plurium causarum est necessarium. Unde refert, quod Angeli, cum omnes causas naturales cognoscant, quaedam, quae contingentia videntur, aliquibus causis earum praesentibus, Angeli, ut necessarii cognoscant, dant omnes causas ipsorum cognoscunt.

IV. In seipsis vero futura per eum solum cognitionem cognosci possunt, quae ea attingit, ut sunt in aeternitate praesentia: Et sic (ait D. Th. citatus ex 1. p. q. 57. a. 3.) solus Dei est futura cognoscere, non solum quae ex necessitate proveniunt, vel ut in praesentibus, sed etiam casualia, & fortuita; quia Deus videt omnia in sua aeternitate, quae cum sit simplex, toti temporis adest, & ipsum concludit.

V. Praesens ergo procedit quaestio de cognitione futurorum in suis causis, & quidem proximis, & de futuris quo contingenter evenient, non solum relate ad unam causam, sed relate ad omnes causas proximis; quia omnes indifferentes sunt ad illorum eventum: An Angelus vi sui naturalis ejusmodi futura praesentia praesentia nedum conjecturali, sed certa.

S. II.

Resolutio negans.

VI. Ideo. Angelus sua naturali perspicacitate certo praenoscere nequit futura omnino libera, & contingentia. Afferio haec, vel de his est, vel de his est, vel de his est. Nam Scripturis constat, vim futura praenoscendi esse characterem proprium divinitatis. Isaia ait. v. 23. Annuntiantes, quae ventura sunt in futurum, & sciantur, quia Dei spiritus est, & c. 46. v. 9. & 10. Recordamini (inquit Deus) prius facti, quoniam ego sum Deus, & non est ultra Deus, nec similia mihi; annuntiantes ab exordio novissimum, & ab initio quae nuncum facta sunt. Et Daniel cap. 2. postquam ait, nec Magos, nec Atrios, nec Amurpices posse indicare, quid futurorum potenderet somnium a Rege Babylonico visum, subjicit v. 28. sed est Deus in Caelo revelans mysteria, qui indicavit tibi Rex Nabuchodonosor, quae ventura sunt in novissimis temporibus.

VII. Hinc Chrysolomus homil. 18. in Joann. praedictio (inquit) futurorum immortalis Dei dignitatem opte est: quod si quando Demones aliquid praedixerunt, solum, & incertum vulgus deciperunt; eorum namque vaticinia passim falsa deprehenduntur.

D. Hieronymus in c. 2. Daniells nuper laudatum, inducit Danielem sic dicentem Regi: Frustra igitur ab hominibus queris in terra, quod Deus solus novit in Caelo.

Et S. August. lib. 15. de Civit. Dei c. 25. docet Deum non sicut homines facti sui poenitere, cuius est de omnibus omnino rebus iam facta sententia, quam certa praesentia, & lib. 9. e. 22. docet, Demones in suis praedictionibus sepe falli, bonos vero Angelos nunquam; quia illi est temporali, & mutabilibus dispositionibus mutabilia conjunctant; isti vero in aeternis atque incommutabilibus Dei legibus, quae sunt mutabilia praesentia.

VIII. Ex his ergo omnibus formatur ratio. Certa futurorum contingentium cognitio haberi non potest, nisi, ut videtur in seipsis, aut cognoscantur in causis jam determinatis; sed Angeli, sive mali, sive boni, per naturalem cognitionem non possunt futura contingentia videre in seipsis, quia hoc proprium solius Dei est, qui ea videt in aeternitate sui praesentia; neque in causa eorum determinate, quia causa contingens, & libera, suapte natura indifferentes est ad utrumlibet, nec ex ea sibi relicta potius potest praedici unum, quam oppositum, quia indifferentes ut tali, non magis unum, quam aliud.



aliud determinate continetur: causam autem superiorem causas liberis, & contingentes determinatam, naturali vi penetrare non possunt; ergo &c. Unde concludit S. Thom. Q. 8. de Verit. a. 12. si autem divinam providentiam comprehendat (ut Angelis bonis Deum videntibus contingit) omnes futurorum eventus certitudinaliter scirent: sed quia quidam perfectius alii divinam providentiam inveniunt, quomodo nullus eorum perfecte comprehendat; ideo quidam in verbo plura futura etiam de contingentiis ad utrumlibet sciunt.

§. III.

Contraria solvantur.

IX. PRIMO obicitur. Angelus ab initio habuit species representativas omnium, quae quocumque tempore quomodolibet futura sunt, ut enim supra diximus, non cognoscit per species successively a rebus acceptas, sed simul a Deo infusas, & quasi innatas, & universales: sed Angelus potest certo cognoscere omnia, quae actu illi representantur per species, quae cum sint universales, aequaliter se habent ad praeteritum, & futurum; ergo &c.

X. Confirmatur primo. Praesens, & praeteritum sunt differentiae temporis: sed intellectus Angelicus est supra omne tempus, cum mensuret aeternum; ergo &c.

XI. Confirmatur secundo. Si Angelus non cognoscit futura contingentia dum futura, cognoscit autem ea dum sunt praesentia; ergo reductus de potentia in actum: sed non est intelligibile a quo reductus; non ab objecto, quia iam sui speciem habet; nil autem aliud est, quod inter creaturam angelicam intellectum movere possit de potentia ad actum; ergo &c.

XII. Confirmatur tertio. Futurum antequam existat in re, jam existit intelligibiliter in specie Angelica; ergo Angelus cognoscens perfecte suam speciem, cognoscit futurum intelligibiliter praesentem in ea.

XIII. Respondetur ad argumentum, dist. maj. actu representativus per modum quidditatis possibilis, conc. maj. quod exercitium existendi in tempore determinatum, nego maj. Species ergo angelica ab initio actu representat eventum futuri, ejus quoque existentiam, ac durationem, sed per modum quidditatis praesentem in virtute suae causae; non quoad exercitium existendi, quod habiturum est in hoc potius tempore, quam in alio: unde futurum, quod res futura, antequam sit, cognoscatur ab Angelo, ut possibilis, & in actu signato, non ut determinate existit. Licet enim (ait D. Th. 1. p. q. 57. a. 3. ad 3.) species quae sunt in intellectu Angeli quantum ad se, aequaliter se habeant ad praesentia, & praeterita, & futura: tamen praesentia, praeterita, & futura non aequaliter habent ad rationes (al. ad species) quibus, quae praesentia sunt, habent naturam, per quam assimilantur speciebus, quae sunt in mente Angeli, & sic per se non cognoscuntur: sed quae futura sunt, nondum habent naturam, per quam illis assimilantur. Unde per se cognoscunt non possunt. Eodem modo respondet Q. 8. de Verit. a. 12. ad 1.

Quare, dum futura sunt praesentia, & sic incipiunt representari per speciem angelicam, hoc non contingit, quia representatio ipsius speciei aliquid de novo accedit, sed quia de novo accedit aliquid rei representatae, nempe existentia, tamquam conditio requisita, ut speciei angelicae actu assimilaretur: eo modo, quo relatio preteritatis, quae secundo filio nondum nato, ad eum non terminabatur; eo nato, abique sui mutatione ad eum incipit terminari.

XIV. Ad primam confirm. dist. min. supra omne tempus, quo mensurantur corporales motus, conc. min. supra omne tempus, id est supra omnem successiorem operationum intellectuum, nego min. Respondit est D. Th. 1. p. q. 57. a. 3. ad 2. dicens: Licet intellectus Angeli sit supra tempus quo mensurantur corporales motus; est tamen in intellectu Angeli tempus secundum successiorem intelligibilem conceptionem. Et ita cum sit successio in intellectu Angeli, non omnia, quae aguntur per eorum tempus sunt ei praesentia. Non ex hoc (ait Q. 8. de Verit. a. 12. ad 8.) quod aliter se habeat ad ea, sed ex hoc illa aliter se habeat ad eum. Quia nimirum ad hoc Universum pertinere incipiunt, ad quod antea non pertinebant.

Hinc dilcas, quare Angelus cognitio peringat ad ea, quae sunt distantia secundum locum: non autem ad ea, quae sunt distantia secundum tempus: Nam, ut ait D. Thom. citatus 1. p. q. 57. a. 3. ad 4. Distantia secundum locum sunt in verum natura, & participant aliquam speciem, cujus similitudo est in Angelo, quod non est verum de futuris. Eadem etiam ratione quomvis Angelus non accipit species a rebus, sicut nos: sed habeat species a Deo acceptas; adhuc non potest futura contingit cognoscere; quia hoc non contingit defectu similitudinis in Angelo, sed defectu similitudinis futurorum ad similitudines in Angelo existentes.

XV. Ad secundam confirm. nego consequentiam. Ut enim ait D. Th. Q. 16. de Malo a. 7. ad 13. agens de Daemonibus: hoc, quod Daemon non cognoscit id, quod est futurum, non provenit ex eo, quod intellectus suus sit in potentia; sed ex eo quod singulare futurum nondum participat formam speciei, cujus similitudo actu praesentis in intellectu Daemonis. Ad id vero, quod addit, respondeo cum eodem S. Doctore Qu. 8. de Verit. a. 12. ad 4. Quod duplex est potentia: una naturalis, quae potest per agens naturale in actum reduci; & talis potentia est in Angelis totaliter completa per formas innatas. Est autem alia potentia obedientia, secundum quam in creatura fieri potest, quidquid in ea fieri voluerit Creator. Talis autem potentia intellectus angelici non est totaliter completa per formas innatas;

& secundum hanc est a Deo creabilis, si ei voluerit facta revelari. In quo apparet differentia inter nostrum & angelicum intellectum; quod nos nullam habet potentiam naturalem ad futura cognoscenda; angelicus autem habet, esto non totaliter completam quoad exercitium per formas innatas.

XVI. Ad tertiam confirm. dico, quod futura antequam existant, existunt quidem intentionaliter in specie angelica (in qua etiam existit eorum existentia) ad per modum simplicis quidditatis, in actu signato, non ut exercite in tempore determinato existant: cum nondum exercite participent formam speciei, hujus similitudo actu praesentis in intellectu angelico, ut cum D. Th. dicebamus.

XVII. Sed instabis, Angelus scit evidentem, non habere species naturales nisi earum rerum, quae aliquando erunt; ergo sic cognoscit Antichristum secundum esse intentionale, cognoscit certo, quod Antichristus, qui nunc habet tantum esse intentionale, habebit aliquando esse verum & reale extra causas, & formabit hoc iudicium: Antichristus erit.

XVIII. Respondet, neg. maj. Angelus enim scit evidentem, se habere species omnium puta Individuorum contentorum in aliqua specie, etiam possibilem. Quare ex quo in specie, quam habet de natura humana, cognoscit etiam Antichristum, non sequitur, quod cognoscit, cum esse determinate futurum, sed cum esse possibilem nisi aliunde, ejus futurum ei reveletur.

XIX. Secundo obicitur. Dæmones multa futura contingit libera, vel per se, vel per Magos & Aruspices praenuntiant, ut Regnorum mutationes, bellorum exitus; quae, ut praenuntiata sunt, eveniunt: sed in Daemonibus nullum lumen supernaturale invenitur, sed sola scientia naturalis; ergo per hanc cognoscit &c.

XX. De Responsis, & Oraculis Dæmonum locuti sumus rom. 2. ut de Deo qu. 2. de Idololatria, Dub. 3. §. 3. a nu. 34. Speciatim vero de cognitione futurorum agit Div. Thom. Qu. 16. de Malo art. 7.

Respondet ergo cum eodem ibi ad 2. quod Dæmones de futuris quandoque vera praenuntiant, & quandoque falsa. Vera autem praenuntiant prius cognoscite ea, quae ex revelatione bonorum spirituum a Deo derivata, aut in causis extrinsecis, quarum virtutem cognoscunt; aut in proprio proposito, puta cum praenuntiant ea quae ipsi sunt facturi. Falsa autem praenuntiant; quandoque quidem, volentes hominem fallere, quia ut dicitur Joan. 8. Diabolus est mendax, & Pater mendacii. Quandoque vero eo quod & ipsi falluntur, utpote cum divinitus prohibentur facere, quod praenuntiant: vel cum divina virtute aliquid consilio praeter cursum naturalium causarum, ut Augustinus dicit in lib. de Divinitat. Dæmonum. Ita Div. Thom. Vi. de S. Augustin. loco citato cap. 6.

XXI. Porro, rationem, quare Dæmones in suis praedictionibus sepe falluntur, boni vero Angeli non, superius indicavimus ex S. August. lib. 9. de Civit. Dei cap. 22. Angeli enim non falluntur, quia futurorum principales & immobiles causas in Verbo Dei conspiciunt: Dæmones autem non aeternas temporum causas in Dei sapientia contemplantur, sed ex quibusdam signis nobis occultis, ipsi tamen majore experientia notis, conspiciunt; quae cum fallibilia sint, certam cognitionem parere nequeunt, sed fallibiles. Unde Dæmones sepe falluntur; boni vero Angeli nunquam.

XXII. Videndus quoque est S. Thom. 3. Contra Gen. cap. 154. ubi exponens modum, quo Dæmones omnibus signis verae fidei abutuntur, ut ejus argumentum debilitet: ita etiam (inquit) abutuntur propheticis praenuntiatione: non quidem vere praenuntiant, sed praenuntiant aliquid secundum ordinem causarum homini occultarum, ut videantur futura praecognoscere in seipsis: & licet ex causis naturalibus effectus contingentes praevenerint, praedicti tamen spiritus subtiliter intellectus sui magis possunt cognoscere, quam homines: quia cognoscunt, quando, & qualiter effectus naturalium causarum impediuntur; & ideo in praenuntiatione futura, mirabiles, & orationes apparent, quam homines, quantumvis scientes. Cum autem inter causas a cognitione nostra remotas, supremae sint vires Caelestium corporum, & has maxime cognoscant, subdit; & possunt praedicti spiritus multo magis, quam aliqui doctores praenuntiare ventos, & tempestates futuras corruptiones aëris &c. Et licet Caelestia corpora super partem intellectuum animae directae non possunt imprimere; plurimi tamen sequuntur impetus passionum, & inclinationes corporales, in quas efficaciam habere celsissia corpora manifestum est. Et inde est, quod etiam de aëribus hominum multa praedicta possunt, licet quandoque & ipsi in praenuntiatione desint propter aëris libertatem.

XXIII. Hoc bene norunt callidi deceptores: & ideo praenuntiationes suas verbis ambiguis, & aequivoce involvere consueverunt; ut qualicumque fuerit eventus, verum praedicta videantur. Unde Tertullianus Apologeticus cap. 22. ait: In oraculis autem quo ingenio ambiguntis temperet in eventis, sicut Cræsus, sicut Pyrrhus, Cræsus enim Apollinem consulens, num Perfas victurus esset, audivit sic respondentem:

Inreptidus se Cræsus Halym transmisit amnem, Imperium perdit magnum, regnumque superbum.

Ubi Cræsus illo vocabulo ambiguo perdes deceptus, putans, se Perfarum Regnum occupaturum, amisit Regnum Lydiæ proprium. Pyrrhus autem hoc ejusdem Apollinis responso deceptus:

Ajo te Eacida Romanos vincere posse.

Exstimavit, se victurum Romanos, cum a Romanis vincendus erat.

erat. De his loquitur Eusebius lib. 5. Praeparat. Evang. cap. 10. & D. August. de Civit. Dei l. 3. c. 17. & l. 4. c. 23. & D. Hieronymus in ep. 47. Ista haec ad eruditionem dicta sint.

XXIV. Tertio obicitur D. Augustin. dicens lib. 12. de Genes. ad litter. cap. 13. Animam a sensibus alienatam futura praevideat.

Respondet primo, Divum Augustinum ibi in aliorum opinionum loqui, non sua; ait enim: Nonnulli quidem volunt animam humanam habere vim quamdam divinativam in seipsa.

Respondet, animam alienatam a sensibus contingere posse, ut aliquod futurum praedictat, vel impressione causarum superiorum spiritualium, vel corporallium. Si spiritualium, vel bonorum Angelorum, vel Dæmonum. Si ex impressione bonorum Angelorum, vera semper praedictat; si vero ex impressione Dæmonum, quandoque vera, quandoque falsa. Si vero ex impressione corporum superiorum, nempe Caelestium, praedictare potest illa futura, quorum corpora Caelestia sunt causa; non tamen certo, quia ab illis causis ignotis impediti possunt: & multo magis a Deo. Videatur D. Thom. 1. p. quaest. 86. artic. 4. ad 3.

XXV. Quarto obicitur. Angelus per vires suae naturae omnem veritatem naturalem cognoscit: sed haec est veritas naturalis: haec est futurum; vel non futurum; ergo vi hujus disjunctivae & contradictoriae naturaliter cognoscet, quidnam sit determinate futurum, vel non futurum.

Respondet, nego conf. Ut enim de Scientia Dei dictum est, ex vi disjunctivae, seu contradictoriae, non sequitur cognoscit, quid determinate futurum sit, quid non futurum; sed inum ex illis, quodcumque illud sit, ita esse sicut enunciat: ut ad veritatem enim disjunctivam non requiritur, quod ex partibus eam componentibus una sit determinate vera, altera falsa; sed quod nequeat esse ambae verae, vel ambae falsae, & solum quod una existente vera, alia sit falsa. Veritas ergo determinata unius ex partibus componentibus disjunctivam de futuro oritur ex determinatione causarum, praesertim primae.

Quare ut Angelus certo cognoscet, aliquid contingens possibile esse futurum, quam non futurum, oportet, ut cognoscet causas esse determinatas ad dandum ei esse, quod naturae veritas non posse scire certo, jam ostensum est. Adde, quod cum veritas disjunctivae sit necessaria, & cognoscatur nedum ab Angelo, sed & ab homine, si ex veritate disjunctivae inferretur veritas unius futuri determinate, illud esset futurum, non contingenter, sed necessario: & ut tale cognoscatur, nedum ab Angelo, sed ab homine etiam rudiori: sicut ab eo veritas disjunctivae cognoscitur.

XXVI. Ex dictis oritur motivum dubitandi, an Angelus cognoscatur naturaliter praeterita scilicet omnia. Dico omnia, quia non est dubium, quin Angeli, ea quae aliquando viderunt praesentia; postea cognoscant, & recorderentur, dum sunt praeterita. Nec pariter dubium est, quin naturaliter cognoscere possint ea praeterita, quae est vestigio sui existentiae ab ipsis relicto, contraire potest esse praeterita. Quisio igitur procedit, an Angeli cognoscant praeterita libera, quorum non percipiunt praesentiam, & quae nullum sui reliquere vestigium.

XXVII. Respondet negative cum communi Theologorum contra Vasquez. Ratio autem est: quia praeterita prius non cognoscit, & quae sui vestigium non reliquerunt, ita se habent respectu intellectus angelici, ac si nunquam fuissent; ergo eodem modo de illis cogitandum est, ac de futuris contingentibus, dum futura sunt: unde sicut haec negativus, certo ab Angelo naturaliter cognoscit, ita & illa, Si enim Angelus ea non cognovit antequam essent, nec cognovit dum essent, quomodo cognoscet postquam esse desierunt? Hinc Vasquez ipse hac veritate convictus Disp. 3. c. 12. n. 68. (ut refert Gonetus) asserit quod non potest unus Angelus praeteritam alterius Angeli cogitationem cognoscere per memoriam, nisi prius eam praesentem cognoverit.

DUBIUM III.

An Angelus naturaliter cognoscere queat secreta cordis alterius, seu hominis, seu Angeli?

§. I.

Resolutio Dubii.

SECRETUM cordis est actus liber voluntatis create pure interioris, & nullo modo, sive per locutionem, sive per aliquod signum exterius manifestatus; licet minus principaliter veniant exterior cogitationes mentis, & actus sensitivi appetitus, ut tamen pendat a libera applicatione voluntatis. Si enim loquamur de actibus intellectus, & etiam voluntatis, qui necessarii sunt, ut cognitio, & amor, quo unus Angelus cognoscit, & amat seipsum, & Deum auctorem naturalem, sic ab alio Angelo naturaliter cognoscitur: similiter loquendo de actibus liberis non dubitamus, quin ab uno Angelo cognosci possint, si Angelus, cuius sunt actus, illos eis manifestet, sive per locutionem, sive per aliquod signum exterius cum actu interno infallibiliter connexus. Vel si Deus eos illi revelet, vel media scientia infusa supernaturali, quo pacto cordium secreta cognoscatur a Christo. Quare dubium procedit de secretis cordis mere internis, nullo modo manifestatis, & de cognitione naturali, seclusa quacumque divina revelatione.

II. Sententia negativa communis est inter Theologos cum D. Thoma 1. part. quaest. 57. art. 4. quaest. 8. de Verit. art. 13. & quaest. 16. de Malo art. 8. Attamen ab istorum choro de more resistit Durandus in 4. dist. 8. q. 5. docens, Angelos posse

naturaliter cognoscere cogitationes, & affectus liberos mentis praesentes, non tamen futuros. Durando ex parte adhaerent Henricus, & Hervaeus, exillimantes, Angelos posse naturaliter cognoscere cogitationes cordium quantum ad substantiam, esto non quoad modum & ordinem ad tale objectum, & talem finem in particulari.

III. Dico. Angelus sua naturali virtute nequit certo cognoscere secreta cordis, seu cogitationes liberas alterius, sive Angeli, sive hominis; nisi ipsi, vel a Deo revelentur, vel ab ipso cogitante manifestentur. Dixi certo: nam ut ait D. Thom. quaest. 16. de Malo art. 8. sicut Augustinus dicit lib. 12. de Gen. ad litter. & in lib. de Divinitat. Dæmonum cap. 5. comperitur esse certis indicis, quod Dæmones cogitationes hominum aliquantulum cognoscunt: quae quidem contingit dupliciter cognoscere. Uno modo secundum quod videntur in seipsis, sicut aliqui habent proprias cogitationes cognoscit. Alio modo per aliquam corporalem signa, quod maxime manifestum est, cum ex interioribus cogitationibus homo ducitur in aliquam passionem. Quae si fuerit vehementis, etiam in exteriori apparentia habet aliquod indicium, per quod potest a gressibus apprehendi, sicut simonius pallescit, voracitatis autem erubescunt, ut Philosophus dicit in 4. Ethic. Sed etiam si levior passio apprehendi potest a subtilibus Medicis per cordis immutationem, quae ex illis percipitur. Hujusmodi autem exteriora, & interiora signa corporalia, multo magis Dæmon cognoscere potest, quam quicumque homo. Et ideo certum est quod Dæmones aliquas cogitationes hominum cognoscere possunt secundum modum praedictum. Unde Augustinus dicit in lib. de Divinitat. Dæmonum (cap. 5. citato) quod aliquando Dæmones hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quaedam ex animo exprimentur in corpore, tota facilitate percipiunt.

IV. Utrum autem per hunc modum possint esse videre in seipsis, Augustinus sub dubio relinquit in lib. 2. Retract. cap. 30. dicens: Pervenire ista ad notitiam Dæmonum, par nonnulla experimenta comperitur est: sed utrum signa quaedam dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilibus, nos autem latentia; an alia vi eas spiritualiter cognoscant, aut diffucillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inveniri. Ita apud D. Thom. S. Augustin. qui hanc questionem esse solutum diffucillimum in medio videtur relinquere.

V. Attamen sententiam nostram negantem videtur Scriptura aperte exprimere. Tum 2. Paralip. 6. v. 30. ubi Salomon fundens ad Deum preces: Redde (inquit) unicuique secundum vias suas, quae nisi cum habere in corde suo (tu enim solus nosti corda filiorum hominum) Tum Jerem. 17. v. 9. & 10. Parvum est cor omnium, & inscrutabile; quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Super quo D. Hieronymus: Hinc asserimus (inquit) quod nullus scit cogitationes hominum, nisi solus Deus. Quapropter Danielis 2. Nabuchodonosori pollutanti ab Ariolis, Magis, & Maleficis, & Chaldaeis ut sibi indicarent quid ei in somniis occurrisset, responderunt v. 10. xi. Non est homo super terram, qui sermone suum Rex posse implere: sed neque Regum quisquam magus, & potentia verbum hujusmodi suscitatur ab omni Ariolo, & Mago, & Chaldo. Nec reperitur quisquam qui indicet illam in conspectu Regis, exceptis Divis. Cum ergo Scriptura proprium solus Dei dicat, non solum futura praenoscit, ut supra vidimus; sed etiam videt cogitationes cordis, loquitur de cogitationibus cordis nedum futuris, ut vult Durandus, sed etiam praesentibus.

VI. Confirmo hoc. Quia de Christo dicitur Math. 9. v. 4. Cum vidisset Jesus cogitationes eorum; Et Jo. 2. v. 25. Opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat, quid esset in homine; arguit ex hoc omnes. Christum purum hominem non esse, sed Deum. Unde Hieronymus in c. 17. Jeremias: Si autem (inquit) de Salvatore dicitur: Videns autem cogitationes eorum Jesus; nullusque potest videre cogitationes eorum, nisi solus Deus; ergo Christus Deus est, qui scrutatur corda, & probat renes. Cogitationes autem, quas in corde hominum Christus videbat, non erant futurae, sed praesentes, ut ex contextu Evangelii apparet; ergo &c.

VII. Ratio autem D. Thomae tum hac qu. 57. art. 4. tum alius locis laudatis, est haec. Actus liberi creati profus interni, & occultis, sicut in producti, ita & in cognosci, tantum subduntur Deo, & supposito illos elicienti; ergo nulla alia creatura eos naturaliter certe valet cognoscere. Ant. prob. tum ex Apostolo 1. Cor. 2. vers. 11. Quis enim hominum scit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? tum etiam: actus liberi dum intra intellectum, & voluntatem sunt, ei soli subduntur quoad productum, & cognosci, qui habet dominium supra illos: sed solus Deus, & homo, qui illos elicit, dominium habent supra illos, ut illos eliciat, vel non, ut illos manifestet, vel alteri celet; ergo &c. Cum enim, perfectum Dominium sit sui rem suam sibi retinendi, & solum alteri tradendi, si placuerit, non stare in voluntate plenum, perfectumque dominium futurum actum, si ipsa invita esset naturaliter alii creaturis conspicua ejus electio, ac deliberatio; nec esset amplius juris privati, sed quae publici.

VIII. Roboratur ex his, quae docet D. Thom. q. 8. de Verit. art. 13. Angelus naturaliter solum cognoscit ea, quae pertinent ad ordinem Universi, vel cum eo connexionem habent; sed actus interni liberi non pertinent ad ordinem Universi, nec cum eo connexionem habent; ergo &c. Maj. videtur certa: aliquis enim limes cognitioni naturali Angeli assignari debet, ne dicamus, eum cognoscere futura, immo & possibilis: hic autem limes Angeli, qui est inter Universi creaturas sublimes, non melior esse potest; quam totius Universi lat.



latitudo. Minor quoque prob. Quae pertinent ad Universi ordinem connexionem habent cum causa naturali, & praecipue cum causis superioribus, a quibus ordinavit Deus, ut causae inferiores regerentur; sed actus interni, & liberi nullam connexionem habent cum causis naturalibus Universi; voluntas enim in suis actibus liberis a solo Deo, & a supposito illos efficiente dependet; ergo &c. Motus voluntatis alterius (inquit D. Thom. citato loco) non potest Angelo notus esse naturali cognitione: quia Angelus naturaliter cognoscit per formas sibi in-ditas, quae sunt similitudines rerum in natura existentium. Motus autem voluntatis non habet dependentiam, nec connexionem ad aliquam causam naturalem, sed solum ad causam divinam, quae in voluntate sola imprimere potest. Unde motus voluntatis, & cordis cogitatio non potest cognosci in aliquibus similitudinibus rerum naturalium, sed solum in essentia divina, quae in voluntatem imprimit.

S. II.

Proposuitur, & solvuntur contraria.

IX. COTUS, qui asserit cogitationes cordis esse Angelo occultas, non ex natura, sed quia Deus denegat, praesertim Angelis multis, concursum suum ad eas cognoscendas, arguit primo sic. Intellectus cujusvis Angeli habet naturaliter quiddam requiritur, ut possit cognoscere secreta cordis alterius: habet enim speciem earepresentantem, cujus signum est, quia si ad eum dirigatur, nova specie non indiget: habet etiam virtutem ad ea cognoscenda, sunt enim ordinis naturalis, & consequenter inter objecta ejus naturali virtuti proportionata.

X. Confirmatur, Cogitationes cordis sunt objectum proportionatum respectu eas efficientis; ergo etiam respectu alterius Angeli eas non efficientis: quiddam enim intra sphaeram objecti proportionati unius Angeli continetur, intra sphaeram alterius claudi debet.

Urgetur. Angelus saltem superior comprehendit substantiam, voluntatem, & habitus naturales Angelis inferioris; ergo cognoscit omnes actus illius: nam qui comprehendit principium, cognoscit quoque omnes actus, qui in illo sunt; multo ergo magis actus, qui sunt in homine.

XI. Respondetur, hoc argumentum initari posse contra Secundum. Nam Angelus habet quiddam requiritur ad cognoscendam futura contingentia: habet enim speciem eorum representativam, habet virtutem cognoscitivam eorum, sunt objectum ei proportionatum; & tamen ea certo cognoscere nequit, ut vidimus.

Distingo igitur antecedens; habet in actu primo proximo, & expedito, tamen ex hoc non cognoscit proximo, & expedito, conc. ant. Ut enim species sit proxime expedita, conc. ant. Ut enim species sit proxime expedita ad representandum debet res representata ei assimilari, & virtuti cognoscitivae actu praesentari: ut autem res incipiant assimilari speciei angelicae, & virtuti ejus cognoscitivae fieri actu praesentem, debent pertinere ad ordinem naturalem Universi. Porro cum cogitationes cordis, quamdiu manent intra cogitantem, spectent quidem ad ordinem moralem, & liberum, non autem ad naturalem; cum nulla enim causa naturali connexionem habent, sed cum solo cogitante, qui ex intra se tenet, nec manifestat; nec virtus angelica eas actu attingit. Quod si Angelus cogitans, eas ad illum dirigat, statim species incipit abique nova sui mutatione representare in actu secundo; sicut incipit representare, quod futurum erat, si fiat actu existens, ut dubio precedente dictum est. Quare dum unus Angelus alteri tantum loquitur, nescit alius tertius, an, & quid loquatur, sed solus ille, cui loquitur, qui infundat ei novam speciem, vel speciei ejus aliquid addat; sed quia ad eum dirigat suum conceptum, qua directione incipit pertinere ad ipsum; sicut pertinet ad tertium, si ad eum dirigatur.

XII. Ad confirm. conc. ant. nego conf. Ideo enim cogitatio cordis est objectum proportionatum Angelo cogitanti, quia est sua, ab eo libere extens, & ad eum pertinens; quod non currit de alio Angelo. Est quidem intra sphaeram objecti proportionati ejus, quasi materialiter, quia non est ens supernaturale; non est tamen intra sphaeram objecti proportionati ejus formaliter, & proxime; quia ad ipsum non pertinet, nisi a cogitante ad ipsum dirigatur, sicut nec futura, nisi existant.

XIII. Ad id, quod urgetur, dist. conf. omnes actu indeterminatae, & in habitu, conc. conf. determinatae, & in actu, nego conf. Respondit est. D. Thom. tum hac q. 57. art. 4. ad 2. ubi dicit, quod esto unus Angelus videat species alterius, non tamen videt, quomodo alius eisdem actu utatur considerando. Tum qu. 8. de Veritat. art. 13. ad 3. ubi hac habet: non omnia actu cogitamus, quorum species aliud nos habemus, cum quaedam species sunt in nobis in habitu tantum. Unde ex hoc, quod species nostri intellectus videtur ab Angelo, non sequitur, quod cogitatio cognoscatur. Et ad 8. sic: quavis & notitia habitualiter cognoscatur ab Angelo, non tamen sequitur, quod cogitatio actualiter; quia ex una habituali notitia multa considerationes actuales proceduntur.

Neque hoc derogat comprehensioni. Ad hanc enim solum requiritur, quod cognoscat totum, quod sibi est cognoscibile, & petit per eam cognosci; quod de cogitationibus liberis, sicut & de futuris, & ente supernaturali non verificatur.

XIV. Secundo arguitur. Ideo actus liberi unius Angeli non possent ab altero cognosci, quia a Deo solo dependet, & Angelo eos producente: sed haec ratio non valet; nam Ca-

li, anima rationalis, & Angeli ipsi a solo Deo producentur, & conservantur, & tamen ab Angelo cognoscuntur. Tum etiam actus externi liberi a sola hominis voluntate pendet; qui tamen etiam cognoscuntur ab Angelo. Immo & actus ipsi necessarii intellectus, & voluntatis a solo Deo, & Angelo eos elicente pendet; & tamen ab altero Angelo cognoscuntur.

XV. Resp. Majorem non esse universaliter veram, nisi addatur, quia a solo Deo, & Angelo pendet, non tamen naturales effectus; sed tamquam motus, & dispositiones liberae subditae voli voluntati Dei moventis, & voluntati motae. Ita se explicat D. Thom. q. 16. de Malo art. 8. dicens: id quod cadit sub ordine superioris causa, non potest cognoscere inferioris causa, sed solum superior causa movens, & illa quae movetur. Sicut si aliquis civis est sub Praesepio tamquam sub inferiori causa, & sub Rege tamquam sub superiori: non poterit Praesepius cognoscere circa civem, si quid immediate Rex circa ipsum ordinaverit, sed hoc sciet solum Rex, & civis, qui movetur secundum ordinem Regis. Unde cum voluntas inferior non possit ab alio, nisi a Deo moveri, cujus ordinis immediate subest, motus voluntatis, & per consequens voluntaria cogitatio, non potest cognosci neque a Damone, neque a quocunque alio, nisi ab ipso Deo, & ab homine volente, argue cogitantur.

Hinc exempla de Caelis, de Anima rationali, de Angelis quoad substantiam formis, non sunt ad rem. Nam haec sunt naturae pertinentes ac naturalem Universi perfectionem, non dispositiones liberae, & secreta, quibus movetur causa inferior a superiori, a qua sola moveri potest, quales sunt cogitationes cordis.

Quod vero additur de actibus externis liberis, dico, quod vel sunt ordinati ad manifestandas internas liberas animi conceptiones, ut sunt voces, & alia signa; & sic per eos cognosci possunt actus interni. Vel sunt indifferentes ad exprimendum hunc potius, quam alium animi motum; & sic cognoscuntur quidem quoad substantiam, sed ex his certo consilii nequit, quod latet in corde, nisi ad summum in generali. Ita D. Thom. q. 8. de Verit. art. 13. ubi postquam solvit, Angelos non posse cognoscere directe cogitationes cordis alterius, nisi in Verbo, addit sed per actus in se posse cognoscere cogitationem cordis quaedamque, & hoc dupliciter. Uno modo in quantum ex cogitatione actuali resultat aliqui motus in corpore, dum aliquis gaudet, vel tristitia afficitur ex his, quae cogitatur, & sic per quaedammodo movetur, per hunc enim modum etiam Medicus quaedammodo possunt passionem cordis cognoscere. Alio modo in quantum ex actuali cogitatione aliqui movetur vel demoretur, & sic mutantur quaedammodo status agentis, vel cogitantis in bonum, vel in malum; & hanc dispositionem mutationem Angeli cognoscunt: sed tamen ex hoc non cognoscitur cogitatio, nisi in generali. Ex multis enim, & diversis cogitationibus, eodem modo aliqui movetur, vel demoretur, gaudet, vel tristatur. Hae D. Th. valde notanda.

XVI. Quoad actus vere necessarios, dico, hos ideo esse cognoscibiles naturaliter ab Angelo, quia sunt cum eo necessaria connexi, eique debiti quasi proprietates illius, nec notum est dominus. Unde si unus Angelus naturaliter cognoscit alium cum suis potentis, etiam haec actus cum illis connexos cognoscet. Haec eadem ratio docet S. Th. hac q. 57. art. 4. ad 3. quod appetitus brutalis non est dominus sui actus, sed sequitur impressionem alterius causa corporalis, vel spirituales. Quia igitur Angeli cognoscunt res corporales, & dispositiones earum, possunt per hoc cognoscere quod est in appetitu, & apprehensione phantasiae brutorum, & etiam hominum. Non tamen operet, quod Angeli cognoscant motum appetitus sensitivi, & apprehensionem phantasiae hominis secundum quod movetur a voluntate, & ratione. Et notum minus, quia sic in cogitatione, vel voluntate, quia intellectus, & voluntas non subjacent appetitui sensitivo, & phantasiae, sed potest eis diversimode uti.

XVII. Tertio asseruntur PP. auctoritates. Primo D. Gregorii l. 18. Moral. c. 27. modo 48. ubi Civitatem Beatorum comparans vitro mundo, de resurgentibus in beatitudine, ait: Et quoniam ipsa eorum claritas vestrum sibi in alterius cordibus patet, & cum uniuscujusque vultus ascenditur, simul & conscientia penetratur: addens: Nunc autem corda nostra, quamdiu in hac vita sumus, quia ab altero in alterum videri non possunt, non intra vitrea, sed intra lutea vascula conclusionantur; sed resurgentes erunt similes Angelis Math. 23. ergo si resurgentes corda alterius penetrabunt, eo magis Angeli.

Secunda est Divi Augustini lib. 1. contra Academicos cap. 6. referentis de quodam Alabietico, qui a quodam interrogatus, ut sibi diceret, quid secum tacito cogitaret, Virgilius versum cum cogitare respondit; cumque ille obsequiosus negare non posset, perrexit quarens, quomodo verus esset: Tunc Alabieticus, quavis Grammatici scholam vis transiens vidisset, verum canere non dubitavit. Cum ergo Alabieticus non alia ope, quam Damonis id praestare poterit, dicendum videtur, Damones nosse cordis secreta.

Tertia est ejusdem S. Augustini lib. 18. de Civitate Dei cap. 18. narrantis, quendam Philosophum euidam de questione Platonica dubitanti infomnem apparuisse, eique questionem solvisse. Et tandem lib. de Divin. Damon. cap. 6. lib. 12. de Gen. ad litter. cap. 17. & lib. 2. Retract. cap. 30. Cogitationes hominum internas Damones saepe emittentia alleverat.

XVIII. Ad hac respondeo. Ad primam ex D. Gregor. dico, eum non velle, Beatos post Resurrectionem absolute secreta cordium occulta nativa virtute penetraturos; sed solum, quod ab eis auferetur grossities corporis, quae est unum ex impedimentis, ne interna animi penetremus. Nam cogitatio

inter homines non cognoscitur ab alio propter duplex impedimentum, scilicet propter grossities corporis; & propter voluntatem claudicantem sua secreta. Primum autem obsequium tollitur in Resurrectione, nec est in Angelis: sed secundum impedimentum manibus post Resurrectionem, & est modo in Angelis. Ita S. Thomas hac q. 57. art. 4. ad 3. qui addit: Et tamen quatenus motus quantum ad quantitatem gratiae, & gloriae repraesentabilis claritas corporis; & sic unus mentem alterius videre poterit. Nimirum quanta gratia, & gloria fit exornatus; non vero, quid animo volvat, nisi ei reveleat. Vide quoque S. Th. q. 16. de Malo art. 8. ad 1.

Ad secundam ex S. August. dico, ex aliquo signo, vel ex specie in phantasia residente, potuisse Damonem conjicere verum, quem alter animo volebat, & Alabietico suggerere, quavis iste eum non didicisset; eo modo, quod Emergumeni insiditum Damonis multa dicit, quae nunquam didicerunt.

Ad tertiam ex eodem respondet S. Thom. quaest. 16. de Malo art. 8. ad 1. Ex illo signo non posse haberi, quod Damon sciat aliquo esse in memoria hominis; potius enim esse, quod Damon iustificatus dubitanti secundum illa, quae ipse sciebat, non ex eo quod scire Philosophum ille cognoscere, sed potius hoc scire per aliquam exteriora signa, vel potius hoc scire per aliquam Angelum bonum. Adde factum, ut a S. Augustino narratum, non esse ad rem. Philosophus enim ille rogatus prius fuerat, ut illam questionem solveret, & recusat: quid ergo mirum si postea ope Damonis, eidem, qui ipsum interrogaverat, apparuerit, & questionem solverit? Hic certe de cognitione secretorum cordis nihil est.

Ad alia, ex eodem S. Doctore, respondeo, Damones, ex aliquibus signis corporalibus saepe internum animum arguere. Ut enim ait D. Thom. q. 16. de Malo art. 8. ad 1. idem signum corporale in generali potest respondere multis effectibus: sed tamen in speciali sunt aliqua differentia, quae Damon potest melius percipere quam homo. Ut inde tamen format cognitionem conjecturalem, non certam. Si enim certo sciret, hominem non tentaret. Ita S. August. laudato loco 12. de Gen. ad litter. c. 17. dicens: Certissimum tamen indicium apud nos consistit, emanantem a Damoniis cogitationes hominum, quatenus si virtutum internam speciem possent in hominibus cernere, non tentarent; sicut illam in Job nobilitate, ac mirabiliter patientiam, praesent dicit, & postquam diabolo cernere, nollet a tentato aliique superari.

Nec refert, quod Damon melius cognoscit animam hominis, quam ipse homo. Nam, ut ait D. Thom. q. 16. de Malo art. 8. ad 7. Damon melius quidem cognoscit de anima quid est, non tamen quid in anima est: hoc modo homo cognoscit animam percipiendam, ipsum esse ex actibus suis, quae experitur, & ad hunc modum cognoscendo pervenit illa cognitio, qua cognoscimus nos aliquid cogitare. Quae autem sit natura cogitationis humanae, melius cognoscit Damon, quam homo.

DUBIUM IV.

An Angeli naturaliter cognoscant mysteria gratiae.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Deo Angeli cognitione naturali mysteria gratiae cognoscere nequeunt, cognitione tamen, quae beati sunt, ea cognoscunt, non quidem omnia, nec aequaliter omnes; sed secundum quod Deus voluerit eis revelare. Ita S. Thomas hac 1. part. quaest. 57. art. 5. Habet duo patentes. I. Huiusmodi prima pars a D. Thoma sic. Id, quod pendet a sola voluntate, ut ad ordinem Universi non pertinet; non potest certo, & naturaliter ab Angelo cognosci: quia ratione superioris dicebamus, non posse Angelum naturaliter cognoscere in altero secreta cordis illius, eo quod unice pendet a voluntate illius, nec ullam connexionem habent cum naturali ordine Universi: sed mysteria gratiae unice pendet a voluntate divina, nec cum ordine Universi ullam connexionem habent; ergo ea non potest Angelus naturaliter cognoscere. Ita (ait S. Th.) Argumentatur Apostolus 1. Cor. 2. Quae sunt hominis nemo novit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita & quae sunt Dei, nemo novit, nisi spiritus Dei.

II. Confirmatur. Actus interni liberi voluntatis, etsi existat, a nulla creatura naturaliter cognosci potest, nisi ei, vel in se, vel in effectu manifestetur: sed mysteria, seu dispositiones libere voluntatis divinae, etsi existant, naturaliter non manifestantur menti angelicae, nec in se, neque in suis effectibus, quia omnes, utpote ordinis altioris, nempè supernaturalis, excedunt vim naturalem mentis angelicae; ergo &c. Huc revocari possunt rationes, quibus probavimus mysterium Trinitatis ratione naturali cognosci non posse, sicut nec Mysterium Incarnationis, ut, si Deus dederit, suo loco ostendimus.

III. Secunda vero pars ab eodem S. Doctore probatur ex Apostolo 1. Cor. 2. v. 10. Nemo autem novit, quae sunt spiritus, nisi ex ratione praefata deducitur. Nam sicut actus internos liberos hominis cognoscit, si, cui homo voluerit revelare; ita etiam, quae Dei sunt, si cognoscit, cui spiritus Dei revelaverit: sed Angeli Deum videntes manifestat Deus in Verbo mysteria gratiae; ergo Angeli &c. Ita tamen (inquit S. Thomas) quod superiores Angeli percipiunt divinam sapientiam contemplantes, plura mysteria, & aliter in ipsa Dei visione cognoscunt, quae inferioribus manifestantur, eos illuminando. Et horum etiam mysteriorum quaedam a principio sua creationis cognoverunt (sicut in Verbo, & per visionem beatificam)

quaedam vero postmodum (nempè extra Verbum) secundum quod eorum officii congruis edocentis. Porro cum Angeli non fuerint a primo instanti suae creationis beati; ly. ab initio non est sumendum rigorose, sed laxè, sic, ut ab instanti creationis habuerint notitiam Mysteriorum gratiae per fidem, ut strimulicemus; cum vero fuerint beati, per visionem Verbi; & successively extra Verbum aliquorum etiam notitiam adepti fuerint.

V. Superfedeo a referendis argumentis, quae contra primam partem asseri solent, quia haec proponuntur, & solvuntur in Tractatu de Incarnatione. Pro nunc videtur Candidatus meus, quod Angelus five etiam Damon, videns Christi humanitatem, non proinde videbat, aut videt naturaliter Incarnationis Mysterium, seu humanitatem illam a substantia Verbi personari. Nam etsi non videret in humanitate Christi substantiam creatam, poterat existimare, eam a Deo sibi occultari; vel humanitatem illam subsistere, aut sola divina virtute sim sustentante; vel alio modo sibi ignoto: non vero inferre naturaliter poterat hanc conclusionem; ergo humanitas Christi subsistit substantia Divini Verbi; quia ad hanc veritatem cognoscendam vis naturalis adurgere nequit.

An vero Angeli naturaliter videant Mysterium Eucharistiae, seu Corpus Christi secundum modum, quo est sub Sacramento: Respondeo negative, quia modus ille ponitur supernaturalis est. Vident tamen illum Angeli beati per visionem divinae Essentiae; Damones vero credunt, non quidem fide divina, quae sit donum Dei, hanc enim ab eis excludit D. Thom. 2. 2. quaest. 5. art. 2. sed quia per evidenciam signorum convicti, quodammodo coguntur ad assentiendum veritati, quam non vident, pro ut dicitur Jacobi 2. vers. 19. Damones credunt, & contremiscunt. Ita D. Thom. 3. part. quaest. 76. art. 7. & 2. q. 5. art. 2. ad 1. & 3.

S. II.

Quorundam resolutio.

VI. Quæres primo. An Angeli ab initio suae creationis aliquam habuerint notitiam Incarnationis per fidem? Resp. probabilis affirmative. Haec enim videtur mens S. Augustini l. 5. de Genes. ad litter. c. 19. qui de Angelis primo conditis scribit: Nam nec illud eos latuit, Mysterium Regni Calvarum, quod opportuno tempore revelatum est. Et inferius: illis ergo a seculis innotuit, quia omnis creatura non ante facta, sed a seculis: illa autem verba non latuit, & a seculis indicant, mysterium fuisse revelatum omnibus factis ac coeperunt scire, non post, cum felicitate fuerint beati.

VII. Hinc D. Th. secutus S. Aug. 2. q. 2. art. 7. ad 1. Angeli (inquit) non omnino latuit Mysterium Regni Dei, sicut Aug. dicit. Et 1. p. q. 64. art. 1. ad 4. clarius, ait: Mysterium Regni Dei, quod est impletum per Christum, omnes quidem Angeli a principio aliquo modo cognoverunt, maxime ex quo beatificati sunt visione Verbi, quam Damones nunquam habuerunt: non tamen omnes Angeli cognoverunt perfecte, neque aequaliter. Unde Damones multo minus, Christo existente in Mundo, perfecte Mysterium Incarnationis cognoverunt. Non enim innotuit eis (ut Aug. dicit l. 9. de Civitate Dei c. 11.) sicut Angelis Sanctis, qui participata aeternitate praesentantur; sed sicut eis terrendis innotescendum fuit per quaedam temporalia effecta: Si autem perfecte, & per certitudinem cognovissent, ipsum esse Filium Dei, & effectum Passionis ejus, nunquam Dominum gloria crucifigi protulerunt.

VIII. Congruum ergo fuit, ut omnes Angeli ab initio conditionis suae aliquam notitiam habuerint de illo, qui futurus erat eorum Caput, non Redemptione, sed influenza, & de quo omnes accepturi erant: quia tamen haec notitia, ut ait idem S. Th. in cap. 3. ad Epistolam Ioh. 3. fuit notitia in generali, remanens Damonibus, adhuc latente tali notitia, dubitanti locus, an in Christo, quem videbant ex Ade progenie descendente, natura passibilem, mortalem, & similem carni peccati, hoc mysterium esset impletum.

IX. Quæres secundo. An Angeli beati statim post hominis lapsum plenitorem habuerint de Incarnatione notitiam? Respondeo affirmative. Et praesertim, quod Christus ex stirpe Ade foret nasciturus, humanum genus liberaturus, & Diabolum Hære seductorem superaturus. Hæc enim ad Serpentem verba Gen. 3. v. 15. inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius; ipsa contere caput tuum, sunt verba Dei per Angelum loquentis, qui certe non loquebatur, nisi quæ a Deo cognoscendo acceptaret.

X. Successu tamen temporis, prout eorum ministeria poscebant, plenus a plius, alii minus de Incarnatione Angelis, Deo illis revelante, imbuti fuerunt; ut cum mittebantur ad instruendos Prophetas; cum Gabriel missus fuit ad Virginem; & cum Apostolos viderent praedicantes, non quasi ab Apostolis perdiscerent (sic enim solum ab Angelis superioribus edoceri possunt) sed res expletas videntes. Et ita (inquit D. Th. in 2. dist. 15. q. un. a. 4.) quaedam, quae circa Incarnationis Mysterium percipiuntur, quando captabantur, praedicantibus Apostolis cognoverunt, non tamen ab Apostolis edoceri; ad eum modum, quo, supra diximus, futura contingentia cognoscunt, quando actu complentur.

XI. Neque huic adversatur, quod Christo ascendente in Cælum legantur Angeli Psal. 137. v. 8. & 10. quævisse: Quis est iste Rex gloriae? Et apud Isaiam 63. v. 1. Quis est iste, qui venit de Edem? Nam ejusmodi interrogationes non sunt quasi nescientium, quæ esse persona, quæ ascendebat; sciebant enim, & Gabriel qui partum divinum Virgini annuciaverat Luca 1. & Angeli multi, qui Christo nascente cantaverant.



Luce 2. alii, qui ipsi ministraverunt. Matth. 4. & qui vocem Patris audierunt. Matth. 3. v. 17. & cap. 17. v. 5. dicens: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: Sed sunt, quasi rem novam, & insolitam admirantur, quod scilicet verus homo plenus gloria & majestate corporaliter super Caelos ascenderet, non ut hospes, & peregrinus, sed ut Dominus, & Rex gloria. Quamvis S. Augustinus in Psal. 23. interrogationem illam, seu admirationem, non Angelorum fuisse putet; sed vel naturae mortalis, ait enim: pover admirans naturam mortalem, & quare. Vel ipsius Dæmonis: addit namque: Quid & tu princeps presertim aeris hujus miraris, & quare: Quis est ille Rex gloria? . . . Supra se pargit ille venturus: Uno verbo cum D. Th. hic ad 3. concludo: quod quicquid Propheeta cognoverunt de mysterio gratiae per revelationem divinam, multo excellentius est Angelis revelatum.

QUESTIO VI.

De Voluntate Angelorum.

In exponenda natura intellectus, & cognitionis Angelorum, examinando ejus modum, modum, & objectum hactenus detenti, Studiosorum genio satis speraque indulgimus: nunc de eorum voluntate, & dilectione naturali cum D. Thom. hac 1. part. q. 69. & 70. aliqua breviter dicemus.

DEUM I.

De existentia, & natura voluntatis in Angelo.

§. I.

Voluntas Angelo essentia.

I. Deo primo, In Angelis est voluntas. Ita D. Th. hic q. 59. art. 1. Et probat eodem discursu, quo superius probaverat, in Deo esse voluntatem, nimirum: In omni natura cognoscitiva, potentiam cognoscendi naturaliter confertur potentia appetitiva ipsi proportionata: sed in Angelis est potentia cognoscitiva cognitione intellectuali, ut probatum est; ergo illam consequitur appetitus intellectualis, qui est voluntas.

II. Nec dicas: quod si modus appetendi proportionatur modo cognoscendi, cum in Angelis sit modus altior cognoscendi, quam in homine, nempe sine ratione, & discursu, sed simplici intelligentia; debet in eo etiam poni altior modus appetendi, quam per voluntatem, quae ex Arist. 3. de Anima text. 42. in ratione est. Sicut quia in homine altior est modus appetendi, quam in bruto, in homine ponitur altior appetitus, quam sensus, nempe rationalis.

III. Nam respondeo cum D. Thom. citato ad primum, assumptum esse verum, quando modus cognoscendi est altior, non solum in modo, sed in objecto, quomodo modus cognoscendi hominis excedit modum cognoscendi bruti: objectum enim cognitionis hominis est intelligibile, & universale; bruti vero solum sensibile, & singulare: & ideo in bruto appetitus pure sensus ponitur, qui diversa rationis est ab appetitu rationali, qui est in homine. Non autem, quando modus cognoscendi est altior solum in modo, non autem in objecto, ut contingit in Angelo respectu hominis. Quamvis enim in Angelo sit per modum intellectus, & in homine per modum rationis; cum tamen sit idem objectum intellectus, & rationis, & idem bonum ab utraque potentia cognoscatur, idem appetitus, qui dicitur voluntas, potest utraque potentia deservire: & hac ratione, quamvis altior sit modus cognoscendi Dei, quam cujuslibet creature, in Deo tamen ponitur voluntas.

IV. Nec refert, quod voluntas sub nomine appetitus continetur. Nam, ut ait D. Thom. hoc art. 1. ad 2. Licet nomen appetitus parit sit sumptum ab appetitione ea, quae non habentur: tamen appetitus parit non solum ad hoc se extendit, sed etiam ad multa alia, sicut & nomen lapidis sumptum est a lapide gelato: cum tamen lapis non hoc solum conveniat. Similiter intellectus potentia denominatur ab intellectu, cum tamen in ea sint plures aliae passiones, ut spes, audacia, & humilitas. Ita D. Th. Quare voluntas etiam ponitur in Deo, qui omnia in se continet bona, & ad nullum habendum est in potentia.

V. Voluntatem Angelum non esse ipsam naturam, & esse Angelum, probatur eadem ratione, qua supra ostendimus, intellectum Angelum non esse suam essentiam, ac solum esse. Videantur dicta q. 4. hujus Tractatus Dub. 1. Et ulterius: quia voluntas Angelorum se extendit ad aliquid, quod est extra ipsos: sed ut docet D. Thom. hoc art. 2. quicquid se extendit ad id, quod est extra rem, non est rei essentia; ergo &c. Minus prob. in corpore naturali, in quo est inclinatio, quae est ad esse sit per materiam, quae illud recipit, & formam, quae illud dat, & utraque sit de essentia corporis; inclinatio tamen corporis ad locum extrinsecum est per aliquid essentiae superadditum, nempe per gravitatem, vel levitatem.

VI. Voluntatem insuper Angelum esse realiter distinctam ab ejus intellectu, probat idem S. Doct. ibi ex diverso modo, quo procedunt. Nam intellectus procedit trahendo res ad se; voluntas vero procedendo ad res extra se: alterius autem virtutis est habere intra se etiam res, quae sunt extra ipsum, & rendere in rem extra se existentem. Addo quod objectum voluntatis, quod est bonum, est formaliter diversum ab objecto intellectus, quod est verum: objecta autem formaliter diversa inferunt virtutes realiter distinctas.

VII. Autem intellectus Angelum specie differat ab intellectu humano, sicut & voluntas Angelum a voluntate humana:

dico, intellectum, & voluntatem Angelum, & hominis comparari posse, & ad naturas, quarum sunt proprietates, & ad objecta, ad quae tendunt. Si comparentur ad naturas, quarum sunt virtutes, & proprietates; sic, cum natura hominis, & Angelum specie differant, necesse est, quod etiam specie differant proprietates. Si vero considerentur in ratione potentiae, & prout respiciunt objecta; probabile est, quod ejusdem speciei sint intellectus, & voluntas Angelum, & hominis, cum idem habeant objectum formale, nempe intellectus ens sub ratione veri, & voluntas sub ratione boni: & quamvis sit diversitas in modo cognoscendi, & volendi; dici potest, hoc totum se tenere ex parte subiecti cognoscens, & volentis, non ex parte cogniti. Neque est novum, aliqua distingui specie in ratione proprietatis, & in ratione potentiae, & operationis esse ejusdem speciei. Nam potentia visiva, & visio hominis, & bruti ejusdem speciei sunt objective, seu relate ad objectum; si vero comparentur ad hominem, & brutum, seu sumantur ex parte videndi, sunt diversae speciei; quia naturae diversae afferunt diversas proprietates, & virtutes specie relate ad suum principium. Ita Ferrarensis in 2. Contra Gentes cap. 94. & alii. Sed non est, cur hic tempus tetramus.

§. II.

Alia circa naturam voluntatis Angelica.

VIII. Quaes primo, An in Angelis sit liberum arbitrium; Respondeo affirmative cum D. Thom. hac q. 59. art. 3. Liberas enim arbitrii ad dignitatem hominis pertinet, quia dicit agere se movendo cum dominio suorum actuum: sed Angelum sunt digniores hominibus; ergo liberum arbitrium cum sit in hominibus, multo praestantius erit in Angelis.

Accedit, quod in Angelis est intellectus; in quacumque autem natura est intellectus, in eadem est liberum arbitrium; liberum enim arbitrium est facultas eligendi unum ex multis; orta ex indeterminatione iudicii intellectus, qui iudicare potest de multis, quodnam sit hic, & nunc eligendum: hujus vero indeterminationis, & indifferetiae iudicii origo ex eo est, quod intellectus potest iudicare de bono in universonum, & proinde de hoc, & de illo.

IX. Propterea Sacrae Litterae proponunt Angelos, ut creaturas rationales agentes cum libertate, capaces praemii, & poenae, Deum videndi, etque ministrandi; ut Job 4. v. 18. In Angelis suis visis praevisionem. Joan. 8. v. 44. de Diabolo dicitur: Hic homicida erat ab initio, & in veritate non fuit. 2. Petri 2. v. 4. Deus Angelis peccantibus non peperit; sed videntibus infernalibus delectatis in carcerem tradidit cruciandos, in iudicium reservatis. Matth. 18. v. 10. de Sanctis Angelis legitur: Angeli eorum in Caelis semper vident faciem Patris mei. Psalm. 100. v. 11. Angelis suis Deus mandavit deus. Hebr. 1. v. 6. & adorant eum omnes Angeli ejus. Et v. 14. omnes sunt administratores spiritus in ministerio missi; & alibi; adeo ut in re tam certa superfluum sit immorari.

X. Adverto cum D. Thom. relato ad secundum, quod est intellectus angelicus sit determinatus ex sua perfectione ad omne verum naturale, non tamen angelica voluntas ex sua perfectione petit esse determinata ad bonum; cuius differentia est, quod cognitio sit secundum quod cognitum est in cognoscendo. Ad perfectionem autem alius rei pertinet, ut sit in ea omne, quod natum est in ea esse, aliter esse imperfecta; ideoque Angeli intellectus, ut sit perfectus, debet esse determinatus ad omnem veritatem naturalem. Sed ad appetitivam virtutis est per hoc, quod affectus inclinatur in rem exteriori; perfectio autem rei non dependet ab exteriori extra se, ad quam inclinatur; sed a superiori solum: & ideo non pertinet ad imperfectionem voluntatis Angelum, si pertinet autem ad imperfectionem ejus, si indeterminate se haberet ad illud, quod supra ipsum est.

Nec ex quo intellectus Angelum sit determinatus ad omnem veritatem, tollitur ab Angelo libertas, quae in indifferetia iudicii fundatur. Non inquam: nam libertas fundatur in indifferetia iudicii practici, non speculativi. Quamvis autem intellectus speculativus Angelum sit determinatus ad omnem veritatem naturalem; non tamen practicus, qui potest indifferenter hoc, vel illud proponere voluntati; ut conveniens, vel disconveniens.

XI. Quaes secundo, An in Angelis sit irascibilis, & concupiscibilis?

Respondeo. Qui posuerunt Angelos habere corpora sibi naturaliter unita, & erga filias hominum amore exarales, consequenter in eis irascibilem, & concupiscibilem admittent. Supposita tamen Catholica veritate a nobis superius statuta, quod sint puri spiritus intellectuales, neganda eis est irascibilis, & concupiscibilis: quia ut ait D. Th. hoc art. 4. solus appetitus sensitivus est, qui dividitur per irascibilem, & concupiscibilem, quia respicit per objectum bonum sub ratione particulari boni; vel ardui, vel delectabilis; appetitus autem intellectus cum respiciat bonum sub ratione communi boni tanquam formale objectum, unus existens respicit omnia particularia bona. Nam (inquit D. Thom. ibi) si alius potentia responderet aliquod objectum secundum rationem communem, non erit distinctio potentiarum secundum diversitatem propriam, qua sub illo communi continentur. Sicut si proprium objectum potentia visiva est color secundum rationem communem, non distinguuntur plures potentiae visivae secundum diversitatem objecti, & nigri. Sed si proprium objectum alius potentiae esset, & nigri.

album, in quantum album, distingueretur potentia visiva alii a potentia visiva nigri.

XII. Hinc infero D. Thom. citatum ad tertium. Quod licet Temperantia, ut est virtus humana, sit circa concupiscibilis delectabilem sensibilem, quae pertinet ad vim concupiscibilem; & similiter Porcitas sit circa audaciam, & timores, quae sunt in irascibili; & ideo Temperantia secundum quod est virtus humana est in concupiscibili, & Fortitudo in irascibili; hoc tamen modo non sunt in Angelis. Non enim in eis sunt passiones concupiscibilium, vel timoris, & audaciae, quae operantur per Temperantiam, & Fortitudinem regulari. Sed Temperantia in eis dicitur, secundum quod moderat suam voluntatem exhibent secundum regulam divinae voluntatis, & Fortitudo in eis dicitur, secundum quod voluntatem divinam firmiter exequantur. Quod totum sit per voluntatem, & non per irascibilem, & concupiscibilem.

DEUM II.

An Angelus diligat se ipsum, & Deum amore necessario.

§. I.

Alia supponuntur.

I. Supponit primo D. Th. 1. q. 60. art. 1. in Angelis esse amorem, seu dilectionem naturalem, & rationem dat. Quia commune est omni naturae, ut habeat aliquam inclinationem, quae est appetitus naturalis secundum modum ejus: unde in natura intellectuali invenitur inclinatio naturalis secundum voluntatem: in natura autem sensitiva secundum appetitum sensitivum: in natura vero carente cognitione secundum sensum ordinem naturae in aliquid: sed Angelus est natura intellectualis; ergo in voluntate ejus est naturalis dilectio. Quoniam vero quae a natura sunt, semper sunt recta; quia ab Autore naturae procedunt; ideo ait D. Th. ad 3. Sicut cognitio naturalis semper est vera; ita dilectio naturalis semper est recta.

II. Supponit secundo S. Doct., quod in Angelis praeter dilectionem naturalem est etiam dilectio electiva; & quod naturalis dilectio in eis est principium electivae. Itacitata q. 60. art. 2. & probat. Quia in Angelis debet esse, & amor circa finem, & amor circa media: sed est amor, qui est circa finem, sit naturae, amorem tamen, qui est circa media de quibus est electio, est electivus; ergo in Angelis praeter dilectionem naturalem, datur dilectio electiva. Tunc sic: sed dilectio naturalis finis est principium dilectionis electivae; medio: omnis enim homo naturaliter vult beatitudinem. Et ex hoc naturali voluntate causantur omnes alii voluntates, cum quicquid homo vult, vult propter finem; ergo & in Angelis ex naturali voluntate finis causatur voluntas electiva.

III. Notat tamen S. Praeceptor, esse differentiam inter intellectum, & voluntatem; quod cum cognitio intellectus fiat secundum quod cognitum est in cognoscendo, ex imperfectione intellectus naturalis est, quod non statim omnia intelligit in ipso; sed egerat ab uno intelligibili moveri, & discurrere ad alia acquirenda: at voluntas, utpote vis appetitiva, est et converso secundum ordinem appetitus ad res. Quia vero harum quaedam sunt secundum se bona, & ideo secundum se appetibilia, quaedam vero habent rationem bonitatis ex ordine ad aliud, & sunt appetibilia propter aliud: ideo non est ex imperfectione appetitus, quod aliquid appetat naturaliter ut finem; & aliquid per electionem, ut ordinatur in finem; quia utitur natura intellectualis in Angelis perfecta est, invenitur in ea sola cognitio naturalis, non autem appetitiva: sed invenitur in eis dilectio naturalis, & electiva.

IV. His ergo suppositis, praesens dubium investigat, an Angelus diligat seipsum, & Deum Autorem naturalem dilectione electiva; & libera: an vero naturali, & necessaria: necessaria, inquam, tum quoad speciem, ut non possit seipsum, & Deum Autorem naturae odio habere; tum quoad exercitium, ut non possit cessare ab exercitio seipsum, & Deum Autorem naturae amandi.

V. Supponit fere omnes; Angelum amare seipsum amore necessario quoad specificationem, & omnia quae spectant ad ejus naturalem perfectionem, ut vivere, intelligere &c. ita ut hoc odio habere non possit, per se loquendo; est per accidens; possit odio habere esse, & vivere; ut contingit in Dæmonibus: sed illi in tantum vellent non esse, in quantum apprehendunt non esse, ut sibi bonum, & liberativum ab infelicitate, in qua sunt. Quare amor sui non esse oritur ex amore, quo seipsum amant. Videndum ergo est, an seipsum necessario ament etiam necessitate exercitii, & etiam Deum Autorem ipsorum.

§. II.

Resolutio Dubii.

VI. Deo. Angelus seipsum, & Deum Autorem naturae necessario amat, etiam necessitate exercitii. Ita frequentius Nosstras. Et probatur prima pars: Angelus seipsum necessario cognoscit etiam necessitate exercitii, ut superius q. 4. Dub. 6. §. 1. ostensum est; ergo etiam amor, quo amat seipsum, erit necessarius necessitate exercitii, quia amor proportionatur cognitioni; eam enim regulatur, & dirigitur.

VII. Respondent contrariae opinionis Patroni, amorem regulari a cognitione, & iudicio practico, non a speculativo: esse autem cognitio speculativa; qua Angelus seipsum cognoscit sit necessaria necessitate exercitii; cognitio tamen, seu

iudicium quo praedice proponit voluntati suam bonitatem, ex quo nascitur amor, & determinatur non est, ac necessarius, sed indifferens; cum enim Angelus non certinetur omne bonum, sicut Deus, non potest intellectus suam bonitatem ita proponere, ut amandam, & eamque ad sui amorem determinare, quin possit a tali amore cessare, ut aliam bonitatem amare.

VIII. Sed contra. Nam Div. Thom. Quaest. 16. de Malis alicuius. ad 6. ex eo quod Angelus semper actu intelligat, colligit quod temperat velit. Quamvis ad hoc (inquit) operatio ejus immutabilis est, quod semper intelligit. Et similiter considerandum est circa voluntatem, cujus operatio proportionatur operationi intellectus; ergo ex quo Angelus semper actu intelligit seipsum, semper seipsum diligit.

IX. Confirmatur primo. Ex eo quod Angelus seipsum necessario semper intelligat, necessario sequitur, quod velit seipsum semper diligere, quin velit seipsum amare; nam idem est velle sibi aliquam perfectionem, ac se amare: unde cum seipsum intelligere sit maxima perfectio, Angelus hanc necessario quoad exercitium amat, eadem necessitate amat seipsum. Major videtur certa. Nam ad omnem actum intellectus circa objectum amabilem, aliquis actus sequitur in voluntate: ad actum autem necessarium, quo seipsum intelligit, nequit sequi actus, quo velit non intelligere; ergo necessario sequitur actus, quo velit se intelligere.

X. Confirmatur secundo. Voluntas Angelum non potest cessare ab omni operatione, quia est natura vivens: cum autem non habeat aliam operationem praeter intelligere, & velle; ergo oportet quod semper sit actu intelligens, & volens, ut superius ex D. Thoma dicebamus, & ex 2. Contra Gentes. cap. confirmatur: sed omnis operatio voluntatis angelicae fundatur in amore sui; nam amabilia quae sunt ad alterum, ex amicitibus, quae sunt ad nos procedunt; ergo &c.

XI. Secundo probatur eadem prima pars. Tunc intellectus practicus proponit aliquid, ut determinate in exercitio amandam, quando illud se proponit ut bonum, ut nihil appareat mali positivi, sive ex parte illius, sive ex parte exercitii circa illud: sed in intellectus Angelum proponit voluntati suam bonitatem; ergo voluntas obligatur ad eam amandam etiam quoad exercitium. Minor pro prima parte, nempe quod intellectus Angelum proponat suam bonitatem voluntati sui bonitatem, ut in ea nihil appareat mali positivi, merito etiam ab Adversariis admittitur proponitur enim ut bonitas est connaturalis, & omnino proportionata. Quoad secundum vero partem probatur. Tunc in exercitio voluntatis circa aliquid bonum potest apparere aliquid mali positivi, quando in tali exercitio apparere potest aliquid falsitatis, seu molestiae, vel ipsum exercitium est impeditivum alterius nobilitatis exercitii: Sed amor sui non generat in Angelo falsitatem, sed delectationem; nec impedit, sed juvat tamquam medium alias operationes, & maxime dilectionem Dei; non enim in Angelo, sicut in nobis, sunt sensus, quorum passio apprehendi possit laboriosa, & molestiam ingerens, & dum unum cogitat, & diligit, impedit quae cogitationem, & amorem alterius.

Quare autem, est Angelus non sit omne bonum, possit necessitari ad exercitium amandi seipsum, ratio est ex dictis. Cum in exercitio sui amoris nihil possit apparere, quod habeat rationem mali saltem privativi, sed determinatur ad tale exercitium, ut neque ab illo cessare, sicut nequit cessare ab exercitio intelligendi se.

XII. Secunda autem pars ex dictis colligitur. Nam in amore naturali, & necessario, quo Angelus seipsum diligit, includitur amor Dei tanquam sui Auctoris, & Conservatoris; ergo si Angelus diligit necessario seipsum, ac solum esse, eadem necessitate diligit Deum, a quo est, & conservatur. Unde quemadmodum ex cognitione, qua se, & omnes suas naturales perfectiones comprehendit, exurgit necessario iudicium determinatum de exercitio suae dilectionis, ita ex cognitione, qua Deum, ut Autorem, & finem naturalem sui in seipso, ut in speculo continuo contempletur (ut supra diximus) oritur iudicium practicum, quo iudicat in exercitio, Deum esse continuo diligendum.

XIII. Secundo probat. Angelus amore naturali plus diligit Deum, quam seipsum, ut docet D. Thomas hac q. 60. art. 5. Nam pars magis amat bonum universale, & totius, quam proprium; bonum autem universale est Deus; ergo si Angelus diligit seipsum amore necessario quoad exercitium, multo magis hoc eodem amore diligit Deum.

§. III.

Construuntur opinionis fundamenta.

XIV. Primo arguunt. Esse semper in actu secundo arguitur in finitatem in potentia: sed voluntas Angelum est infinitas; ergo non potest esse semper, & necessario in actu dilectionis sui.

XV. Respondet primo, neg. absolute majorem. Nam non est contra, imo de ratione naturae, est finitudo, esse semper in actu secundo per operationem sibi propriam, ut patet in Sole, qui semper est in actu secundo illuminandi; & maxime si sit vitalis, ut patet in motu cordis, a quo vivendum vivit, nunquam cessat, quia est prima, & propria viventis operatio. Cum ergo Angelus sit natura vitalis, & ejus propria operatio sit intelligere, ut docet D. Thom. 2. Contra Gentes. cap. 37. praefertim seipsum; sequitur, eum posse nunquam ab actu intelligendi cessare; & consequenter nec ab actu diligendi, maxime semetipsum.

XVI. Claritatis tamen gratia respondeo secunda, dist. maj. esse